



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Ab. 52. j*



22

I. N. J.  
DISPUTATIO XXVI.  
**SELECTARUM**  
**THESIUM**  
**JURIS CERTI & CON-**  
**TROVERSI**

Ex Rubr. j. d. Public. Jud. & §. f. j. d. J. & J.  
iisq; Titulis π. C. Just. Theod. βασιλικ.  
& Ἰ. respondentibus.

*Quam*  
*PRÆSIDE*  
**JOHANNES CHRISTO-**  
**PHORO Volk /**  
J. U. D. & P. Secund.

**JOHANNES Kreuzer /**  
Regiom. Pruss.

**RESPONDENS**

publicè defendet

**IN AUDITORIO MAJORI**

A. cl. l. cc. LXXXIII.

---

**REGIOMONTI,**  
Typis FRIDERICI REUSNERI, SER. ELECT.  
BRAND. ET ACAD. TYPOGR. HÆREDUM.

PRUDENTISSIMIS  
SPECTATISSIMIS ac INTEGERRI-  
MIS DOMINIS,  
DOMINIS TRIBUNIS  
Societatum Civium primaria-  
rum Civitatum Palæopolitanæ &  
Cneiphovianæ Civibusq̄ve  
cæteris dignissimis

Membris Reip. fidelissimis

*Patronis & Fautoribus omni honoris Cultu  
ætatem suspiciendis*

Hanc Dissertationem Juridicam

offert & dedicat

JOHANNES Kreuker.  
Reg. Pruss.

§. I.



Rimo Rubrica membro j. de publicis §. fin. j. d. J. & J. respondent in π. Lex 1. §. 2. eod: L. 1. T. 4. T. 11. & seqq. L. 49. T. 14. L. 50. T. 7. L. 39. T. 4. Cod: Justin. L. 1. T. 3. T. 11. T. 26. & seqq. L. 10. T. 1. 10. 16. 63. L. 4. T. 61. Cod: Theod: L. 16. T. 2. L. 2. T. 5. L. 1. T. 5. T. 9. T. 6. 7. L. 10. T. 1. T. 8. L. 11. T. 1. L. 12. T. 12. L. 4. T. 11. βασιλ. Lib. 6. Tit. 1. & seqq. L. 54. T. 9. L. 56. T. 1. & Lib. 1. c. 5. 6. 7. 13.

II. Continentur in his titulis (1.) Definitio §. fin. j. d. J. & J. l. 1. §. 2. π. eod: (2.) Personæ de quibus Jus Publicum disponit & sunt a Imperator seu Princeps t. t. π. & βασιλ. d. Constit. Princ: β. Magistratus t. t. βασιλ. d. Magistratibus & officiis eorum qui in dignitate constituti sunt & de privilegiis eorum. Sunt vero alii Ecclesiastici ut Episcopi t. t. C. J. & Theod: d. Episc: & Cler: t. t. & d. Postul: t. t. & d. Elect: & Elect: pot: t. t. & d. Transl. Episc: t. t. & d. Ordin. & Episc: alii civiles, quorum quidam erant Illustres ut Præfectus Prætorio t. t. π. βασιλ. d. Pref. Prætor. t. t. C. J. & Th. d. Offic. Præf. Orient. & Illyric: d. Offic: Præf. Prætor: Afric: t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Offic. Præf. Urb: t. t. C. J. & Th: d. Offic. mag: mil: t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Offic: Quest: t. t. C. J. d. Off. Magistri officiorum d. Offic. Com. sac: Larg: d. Off: Com: rer: priv: d. Off: Com. Sacri pal: quidam Spectabiles uti patet ex t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Off. Proc. & Leg: t. t. C. J. d. Off. Com. Or: t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Off. Præf. Aug: t. t. C. J. & Th: d. Offic: Vicarii: quidam Clarissimi t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Offic. Prætor: t. t. C. J. & Th: d. Offic: Recl: Prov. quidam extraordinarii t. t. π. βασιλ. & C. J. d. Off. Præf: Vig: t. t. C. J. d. Offic. Præf Ann: (3.) Res circa quas versatur Jus Publicum t. t. π. βασιλ. C. J. & Th: d. Jure Fisc: t. t. C. J. & Th: d. Bon: vac: d. Annon. & Trib: t. t. π. βασιλ. C. J. & Th: d. Legationibus. t. t. π. βασιλ. C. J. & Th: d. Veſtig:

III. Publicum jus, non quod ratione autoritatis, quomodo omne jus atque ita & privatum publicum arg. l. 1. & 2. π. d. Leg: dicitur, sed in specie & proprie ratione objecti & finis dictum quod ad statum Reip. spectat l. 1. §. hujus studii π. d. J. & J. §. fin. j. eod.

A

di-

directè & principaliter concernit utilitatem publicam, quod de publicis atque Civitatum negotiis latum est secundum *Arist. 4. Polit. 1.* ut non minus illud quam quod de privatorum negotiis sancitum erat; in eadem Repub: valere debeat, ac Juris Consultus negotiis Reip. obvenientibus per commodam illarum legum interpretationem applicare queat. Hujus juris publici tractationem difficiliorem agnoscit *Bachovius ad §. f. j. d. J. S. J.* ideo quoque intricatiorem esse quam ut tyronibus proponi queat, ad Consiliarios & Aulas Principum spectare nec sine causa eam Justinianum in tres libb. post: Cod: conjecisse putat, inde alia quoque principia huic juri assignat. Sed verior sententia est: Jus Naturæ Gentium & Civile tanquam principia Juris Privati etiam Juris Publici fontes esse, ita enim reperire licet nonnulla animalia quæ habent societates & quandam etiam imperii formam ut apes *c. in apibus 7. q. 1* dirigente Jure Naturali actus brutorum & hominum licet *diverso modo* procreationem educationem aliosq; actus sociales dirigat *arg. pr. j. d. J. N. G. & C.* Ex Jure Naturali fluit ipse ordo parentium & imperantium sine quò nulla Resp. consistere potest; Ex ratione quoque *tum naturali* Civitates Magistratus leges, jura sacrorum jus legationum mittendarum, Bella defensiva pacta publica &c. *tum civili institutisq; honestis* aliorum populorum certa quedam capita J. P. profluxerunt sicuti Romani plurima hauserunt ex Græcorum aliorumq; populorum Legibus. Est vero *Jus Publicum* aliud *universale* omnium populorum quò omnes Gentes populiq; utuntur, in quò significato *publicum* quasi *populicum* dicitur nec incognitum est Jurisprudentiæ Romanæ *§. 5. j. d. R. D. l. 14. Pr. π. d. A. R. D.* Aliud verò *particulare* quod ad hujus vel illius Reip. statum spectare dicitur *d. l. 1. §. hujus studii.* Utrumque vero in Academiis doceri ac disci debet. *Illius* enim turpissima est ignorantia si homo humanæ cognitionis seu conjunctionis & universalis omnium hominum Societatis tanquam magnæ alicujus Civitatis, in quâ natus, jura ignoraverit *l. 2. §. 43. π. d. O. j.* Verè enim præstabilis est hæc scientia in fœderibus pactionibus, conditionibus populorum, regum exterratumq; nationum in omni denique belli jure & pacis. Atque eò magis hanc operam necessariam esse *ait: Grot: in proleg: §. 3. d. J. B. & P.* quod & nostro Seculo non desunt, nec defuerunt qui hanc juris partem ita contemnerent quasi nihil ejus præter inane nomen existe-

existeret. In omniura ferè ore est *Euphemi dictum apud Thucydidem lib. 6. Regi aut Civitati imperium habenti nil injustum quod utile.* Idem sensus *lib. 5. ubi Athenienses præpotentes sic Melios alloquuntur: Justa humane rationi ea censeri, que par necessitas indicit, ceterum que fieri possunt ea fieri à validioribus, ab infirmioribus tolerari.* Cui simile illud in summâ fortunâ id equius quod validius; & *Rempub: sine injuria geri non posse.* Accedit quod quæ inter populos aut Reges incidunt controversiæ Martem habent arbitrum, quid *his & similibus dictis* reponendum sit? addiscendum est. Hoc quoque *Jus Publicum* nempe *particulare* doceri ac disci debet quia maximam & præcipuam Jurisprudentiæ partem constituit § *ult. j. d. J. & J. § l. 1. §. 2. π. eod:* ideo locò præmii studiosis juris in §. *fin. proemi. j.* Imperator promittit: toto opere absolutò eis Remp. esse committendam, quod fieri haud posset sin. J. P. non didicerint, aut summo cum periculo & detrimento Reip. addiscerent in aulis Principum. Non verò temerè cum *Jure Publico arcana status* sunt detegenda, quæ tum doctentem tum discitem periculo involvunt, & detecta Reipub: *damnosa* sunt, sic in *Veteri Romana Reipub:* vis in numerosò milite consistens detecta cum qui hodie felicissimus erat cras omnium mortalium miserrimum reddebat. Recte *Seneca de tranqv. Anim.* secretorum inquisitionem & multarum rerum scientiam, quæ nec tutò narrari, nec tutò audiri possunt, prò deterrimò ætatis lux vitiò professus est. Ne autem quis *arcana status* cum *Jure Publico* confundat, id ipsum ità præstabit, si de *Majestate* ejusve *juribus ex Legibus & Constitutionibus* tractaverit, easque defenderit, non autem ex cerebrinâ quadam æquitate impugnarit.

IV. *Imperator Romanus* olim Dux belli erat *l. 4 § 2. π. d. Stat. Rom: l. 239. §. 1. π. d. V. S.* quò nomine *Publius Scipio* apud *Salust. in Bell. Jugurth:* insignitur, hoc nomen invalescente quoq; *Monarchiâ* retinuerunt *Principes* qui cuncta discordiis civilibus fessa sub imperium acceperunt, *Julius Cesar* fundamenta jecit *Monarchiæ.* *Augustus* eam extruxit & *Tiberius* tetum imposuit, reliqui *Impp.* provincias *Justitia bellica* vel *Testamentaria dispositione* aut *Voluntaria Subjectione* acquisitas gubernarunt, quanquam eadem non diu Imperio adhæserint sed paulatim abstractæ fuerint. In principio *Imperatores* *successione* Imperium nacti interruptam succedendi consuetudinem compræbârunt,

sunt, licet vi vel necessitate contigerit, ut violentis militum suffragiis vel Senatus statuumq; consensu quamplurimi electi sint. Extinctum *Occidentale Imperium* invasionibus diversorum hostium à *Carolo M.* denuo restitutum adque *Germanos* translatum est c. *venerabilem* 34. d. *Elect.* Post *Carolum M.* in posteris ejus fuit *successio hereditaria* quos Pontifici Romano saltem juramentum protectionis præstitisse probat *Clariss. Dominus Strauch: Diss. 4 d. Illustr. controuv. circa Elect. Car. V. §. 12.* Combinatâ dignitate regiâ cum Imperiali in *Ottone M. mixta* ab illo tempore fuit *successio* constans ex electitia & hereditaria simul, adeoq; in hoc mixto successionis statutes permanit usque ad *Henricum IV.* quò deposito electoq; in Imperatorem *Rudolpho Svevo* usque ad *Albertum Austriacum* Imperium Romano-Germanicum fuit electitium ita tamen ut semper ratio familiæ haberetur. Ab *Alberto Austriaco* usque ad *modernam S. C. M. Imp. Leopoldum* Imperium quidem duravit in *familiâ Austriaca*, sed permansit nihilominus *electitium*, quia *Electores* ad nullam adstricti domum liberrimè eligunt quod ipsi *Impp:* quoq; se electos esse profitentur. *Electio* regulariter locum habet *morte, resignatione* vel alia quadam *necessitate* inevitabili id exigente, quibus casibus si Imperium vacet *Carolina Constitutio Electores* creandi Cæsaris necessitate adstrinxit *A. B. tit. 1. in pr. §. T. 4.* Hoc munere seclusis aliis Imperii ordinibus funguntur *Moguntinus Trevirensis & Coloniensis, Archiepiscopi, Rex Bohemie, Dux Bavaria, Dux Saxonie, Marchio Brandenburgicus & Palatinus ad Rhenum.* Ad Electionem conveniunt quando Moguntinus tanquam Decanus Electoralis Collegii intra mensem à die notitiæ denuntiat ut intra tres menses Francofurti vel etiam in alio loco tempore necessitatis conveniant *A. B. tit. 1. §. cum autem §. præterea & tit. 18. Arum disc. 3. ad A. B. §. 31* quod temporis spatium unanimi Electorum consensu prorogari potest, perinde autem est, an ipsi, an per Legatum sufficienti mandato instructum compareant. *Moguntinò* officium suum negligente vel *Archiepiscopali Moguntinâ* sede vacante sponte convenire queunt, quia *Electio* eis Jure Publico non vocatione Moguntini tributa est. Ne vero Imperium fluctuet *Ecclesiastici* Electioni ante Investituram Cæsaream & Confirmationem Pontificiam, & *Seculares* 18. annorum Electioni interesse possunt *A. B. t. 7* Francofurtum proficiscentes conducuntur suntque stipati certo agmine armatorum, *Ci-*

ves Francofurtenses securitatem tutelam defensionemvè jurare, peregrinos expellere dievè Electioni dicto ad Principum pedes claves deponere tenentur. Missâ deinde à Pontificiis, non verò Protestantibus celebratâ singuli coram altari juramentum præstant *Arum disc: 2. ad A. B. concl. 6.* quò præstitò subsellia occupantes ex pluralitate votorum Imperatorem eligunt. *A. B. t. 4. §. 4.* Si autem intra triginta dies non elegerint Imperatorem vix aut ne vix secundum *A. B. c. 2. §. præstito* ad tenuem panis & aquæ victum in *interregnis* adstringi poterunt. Eligitur unus Imperator non plures & quidem idoneus imperatoriis Virtutibus præditus Laicus non Clericus, germanus non alterius nationis licet sit germanicæ Originis. Electus Imperator non prius Imperii administrationem suscipit nisi singularibus Diplomatum jura Electorum & generaliter in Capitulatione reliquorum Statuum jura confirmarit *A. B. c. 1. §. Quia Limn: in Capit: Caroli V. art. 5. verb. confirmiren und bestätigen.* Ad administrationem electi Imperatoris spectat ut cognoscat de Feudis immediatè Imperio subjectis ita ut vacante Imperio Palatinus & Saxo de iis cognoscendi facultatem non habeant. *A. B. t. 5. §. ausgenommen der Fahnlehn.* Ut Principes, Duces Barones, Feudis investiendi jus habeat *A. B. t. 5. §. X. A. De anno 1521. Ordnung des Landfriedens zu Worms* ut jus primariarum precum in quolibet monasterio & Collegio habeat *Goldast. tom. constit. Sin Rescript. Imp p. 1. f. 93.* Sed non potest bellum indicere non fædera cum exteris ferire inconsultis aut dissentientibus statibus. Sic enim habetur in *Caroli V. Capitulatione* apud *Sleid. l. 1.* Cum vicinis aliisque Regibus pacem & amicitiam colat, neque pro rebus Imperii, nisi de Ordinum omnium præcipuè Octo virorum voluntate bellum suscipiat. *in der Handhabung des Friedens Rechts und der Ordnung zu Worms* aufgerichtet *ao. 1495. tit: Die Königl. Majest. Paurmeist. L. 2. d. Jurisd: c. 2. n. 19. Limneus de Jure Publ. l. 1. c. 10. §. 28. Arum. Disc. 41. Jur. Publ: Potestas quoque legum ferendarum communicatur statibus X. A. in Regenspurg d. ao. 1546.* Quò spectat Constitutio *Friderici I. de lucend:* quam ita conclusit: Actum Nurnberg *in presentia Principum consilio & consensu eorundem.* Item *Capitulatio Caroli V.* apud *Sleid. lib. 1.* in quâ præscribitur Imperatori nè de rebus Imperii vel bellum sine statuum assensu gerat, vel fædera cum exteris Rebusp. feriat. Et quanquam sint *Doctores Juris Publici*

Publici qui *I. R. G.* cum aliis Regnis comparant & eandem potestatem tribuunt Imperatori quam habet *Rex Gallie* cujus Edicta regia nulum habent vigorem nisi Curiarum confessione comprobata fuerint *Lupan. d. Magistr. Franc. lib. 1. c. 8. de Statib.* vel *Reges Anglie Hispanie, Polonia aliq;* quorum leges extra Comitum & Ordinum consensum promulgatae quae ad *Remp.* pertinent nihil valent *Polyd. Verg.* Licet etiam multi *Doctorem* ex *Jure Justiniano* Imperatorem monarchicè imperare doceant *l. 1. d. Const. Princ: l. 2. §. Sed quia 18. C. d. V. I. E. l. 1. l. ult: C. d. Leg: l. 3. C. d. Crim. Fals. N. 105. c. 2. in fin.* Nos tamen missà comparatione aliorum Regnorum & *Veteris Reip. Rom:* de *Imperatoris* potestate quam optime ex *Legibus fundamentalibus I. R. G.* constare statuimus.

V. *Jus Civile* præter *Imperatoriam dignitatem* etiam aliarum meminit *tit: C. d. Off: P. P. Orientis usq; ad Tit: C. Nerei mil: Com:* recenset quoq; earum insignia *l. 5. C. d. Offic: Reet: Prov: l. 4. C. d. Injur: l. 12. C. d. Dignit. N. 24. §. ult. N. 26. §. ult. N. 27. §. 1.* nec non *Præsidum Officia* in *Theodosii & Justiniani Codicibus* exponuntur in *Rubr. C. d. numer. actuar. adjutor & except: §. l. ult. C. d. App. præf præet: Rubr: C. d. Cohort. Princip. cornicular: l. ult. d. divers. offic:* hanc *Imperii Orientalis & Occidentalis* notitiam ultra *Arcadii Honoriiq;* tempora utriusq; opes præsidia magistratus ornamenta insignia atq; vires prolixè exhibendo docet *G. Pancirolus in Comm: Præfecti Prætorio ad vicem magistri equitum* constituti in magna fuere authoritate ita ut ab eorum sententiis appellari non potuerit nec minores ætate in sententiis eorum ab aliis magistratibus nisi ab ipsis restitui potuerint *t. t. π. d. Offic. P. P.* Hodie in *I. R. G.* à multis huic dignitati comparatur *Electoralis Boer. c. 3 d. Regn. n. 212.* sed male quia eorum *Jctio* fuit *precaria & personalis* hæc est *hereditaria* Regiæq; similis. Ideo ad *Campegium Cardinalem* scripsit *Erasmus Roterodamus* Germaniæ Principes agnoscere quidem Imperatoris potentiam, sed tali modò ut imperent verius quàm pareant *Sleidan. l. 8. Hist. Carpz. de Capit. c. 1. sect. 11. n. 4. & seqq.* Propter hanc summæ potestatis communicationem *Electo-ribus* in *A. B. c. 24.* *Majestas* tribuitur *Brunning. d. Jur. Univers. concl. 20.* Hoc illustrissimum Collegium *Electoralis* introductum esse putant alii à *Gregorio V. Meibon. in not. ad lib. 3. Monar. Sleid: Baron: rom: 10. Ann. Eccles: anno 996. Bellarm. lib. 3. d. Translat. Imp.*

*Imp. Rom.* Alii Electorum dignitatem longo tempore post *Othonem* capisse arbitrantur interquos referente *Simone Schardio d. Elect. Germ: Princip: lib. un. c. 3.* primi fuerunt *Johannes Sabinus & Jacobus Spigelius* Alii aliquam expressam Constitutionem referunt ut *Goldastus tom. 3. Const: Imp: p. 371. Knichen de Sax: non prov. jur. verb. Elector. t. 1. Thuan. lib. 2. Hist: p. 25.* Sanctio tamen illa valde suspecta est, ut potius origo Consuetudini & usui longo accepta ferenda sit, quia tam *in tex. c. 1. A. B. in pr. item c. 4. §. ceterum & §. primum* nullius Sanctionis sed consuetudinis fit mentio tum in *c. venerabilem & d. Elect: & Elect: pot:* Pontifex auctoritatem eligendi Imperatoris in Electores antiquâ Consuetudine translata esse testatur. Non enim statim hi Principes Electores fuere sed initio Officialium instar ratione territoriorum hoc officio fungebantur, deinde territoriis hæc officia Consuetudine, cujus initia non percipiuntur & non nisi conversione secuta sentiuntur, innexa unâ cum dignitatibus hereditaria facta sensim Ordinum consensu approbatâ postqve aliquot mutationes intervenientes tandem à *Carolo IV.* & reliquis Imperii proceribus *A. B.* firmata sunt. *Olim* erant *septem* numero, sed *hodie* per instrumentum *Pacis* anno *hujus Seculi 48.* sunt *octo* *Instrum. Pac. art. 4.* qui virtute suorum territoriorum, sunt legitimi Electores *A. B. tit. 7* ubi etiam quoad *Bohemum* decisio reperitur, ut is ab indigenis Regni proceribus per suffragia constituatur, adeo ut quem secundum Regni Leges elegerint is sit admittendus, cujus rei controversia non tantum *Germaniam* adussit, sed ferè eam in favillas redegit, tandem post *Ferdinandi II.* tempora Successio locum habuit. *Bavarus Saxo Brandeburgicus & Palatinus* successione similiter constituuntur; Succeditur vel *jure familie* a *Descendentibus* vel *Agnatis.* *Descendentes* ordine genituræ succedunt velut si *primogenitus* sine liberis decesserit, *secundo genitus* et si hic sine liberis decesserit *tertio genitus* admittitur *A. B. t. 7. §. 24.* Si legitimus successor ætate minor rebus ex dignitate Electorali gerendis sit impar, consuluit *Carolus* minorennibus, quos *octodecim* annis circumscripsit, ac proximum *Agnatum* Lege publica iis præposuit Tutorem *A. B. t. 7.* *Bohemi* vero in Electione *Caroli V.* minorennitate Regis durante Proceres Regni suffragium dederunt. *Goldast. Politische Kriegs-Händel part. 1. pag. 29.* Aut obtinet Successio *jure pacti gentilitii* quod confraternitatem *Erbs-Verbrüderung*

derung dicunt *Knich: d. pact: Invest. Reusn: 1. conf. 20. Electores Eccle-*  
*siaſtici* ipſi ſua expediunt officia & *Seculares* qui etiam per alios expedi-  
unt; Rex Bohemiæ Vicarium habet Baronem de Limpurg, Elector Bava-  
riæ Truckſſium Comitem de Zell/ Saxonix Baronem de Pappen-  
heim/ Brandenburgicus Comitem de Hohen Zollern/ Palatinus Comi-  
tem de Singendorff. Nec his præferuntur Electorum Legati *Arum:*  
*Disc: ad A. B. 6. c. 27. 0. 43. Electores* in ordine ſequuntur *Principes*  
quibus annumerantur *Comites Barones & Prælati*, qui tum demum  
ſtatuum jure fruuntur qui ditiones jure ſtatuum præditas legitimè  
poſſident & ſunt præter familias Electorales *Domus Austriaca Bruno-*  
*wicenfis & Luneburgenfis, Pomeranica, Mechelburgica, Haſſiaca, Ba-*  
*denſis, Holſatica, Saxo Lauwenburgenfis, Anhaltina, Lotharingica,*  
*Leuchtenbergenfis & Arenbergica*, aliæq; familiae Illuſtres matriculæ  
inſertæ & territoria in I. R. G. poſſidentes. *Hujus quoq; Ordinis &*  
*Juris* cenſentur eſſe *Episcopi & Prælati*. *Episcopi* fuerunt numero  
quinquaginta qui Principum Imperii jura tenuerunt, ſed nonnulli  
jam in aliorum Principum ditioſem conſeſerunt. *Rigenſis* extra-  
neo Regi ceſſit, *Saxo Elector* tres, item *Sereniſſimus Elector Brande-*  
*burgicus Magdeburgenſem* alioſq; obtinuerunt *Episcopatus In-*  
*ſtrum. Pac: a. 10. §. 7. a. 11. §. 4. 6. a. 12. §. 1. a. 16.* *Episcoporum* initia  
& progreſſus ſatis manifeſtè proponit *Marc: Ant. de Dominis in tra-*  
*ctatu de Rep. Eccleſ.* Conſtituuntur *Episcopi Electione* vel *Postulatione*.  
*Electio* eſt perſonæ alicujus idoneæ ad Prælaturam vel dignitatem ec-  
cleſiaſticam canonicè facta vocatio. *Electio* fit vel per *inſpirationem*  
quaſi divinam vel per *compromiſſum c. cauſam 8. c. cum inter 21. c.*  
*cum dilectus 32. d. Elect: vel per Scrutinium c. quia propter c. co-*  
*ram c. Cumana 50. d. eod.* *Postulatio* eſt concors & ſupplex capi-  
tuli vel Collegii apud Superiorem petitio de certa perſona ad digni-  
tatem Eccleſiaſticam admittenda, quæ alias propter defectum ali-  
quem ad regendam & adminiſtrandam Eccleſiam eligi & aſſumi  
non poteſt *c. 4. §. ceteri d. Postulat: Electus* vel *postulatus* con-  
firmandus & inſtituendus eſt. In Orientali Eccleſia ritum inſtitu-  
tionis *Gregoras lib. 4.* ita deſcribit: quod poſtquam Patriarcha Con-  
ſtantinopolitanus ab Heracliendi Metropolitano nominatus Clero &  
proceribus populi præpoſitus eſſet ad Imperatoris aulam deductus ab  
eò veſtem undulatam & ſericam mitram pretioſiſſimam ac pedum  
paſto-

Pastorale seu deauratum baculum incurvatum per manus accepisset albo tunc demum eqvo impositus & solenni processu Clericorum per Urbem circumvectus tandem in thronum Patriarchalem collocatus eaqve collocaione Jus Patriarchicum plenissimè adeptus fuerit quâ de re tractant sua in lingua *Theod. Zygomala de clade Constantinop. Mart. Crus. in Turco Græcia lib. 2. Waltamus Episcop. Naumburg. d. Invest. Episcop.* ubi prolixè probat Investituras & Inthronisationes episcopatum ad Principes & Reges pertinere sub quorum dominio Episcopatus sunt; Imprimis autem cum Episcopatus qui sub Romano Imperio reperiuntur majoribus feudis annumerentur, ideo docet *Theodoricus à Niem* Imperio Romano Privilegia & Jura Imperii circa Investituras Episcopatum toties quondam à Papis restituta *C. Adrianus el. 2. & C. in Synodo dist. 63. Imperatores* quoque olim de ipsis dignitatibus *Episcopos & Abbates* per anulum & baculum investire soliti sunt, sed postmodum *Henrico V. à Papa Callisto II.* transactio extorta est, quâ omnes Investituras per anulum & baculum Pontifici cesit sibi vero reservavit Investituras Regalium per Sceptra *Sigon. lib. 10. d. Regn. Ital. Crantz. lib. 5. Saxon. c. 42. Buxtorff. Diss. in 17. priora cap. A. B. Caroli IV. conclus. 69. lit. a.* Post confirmationem locum habet consecratio tanquam spirituale matrimonium inter Episcopum & Ecclesiam *c. 2. 3. 4. X. d. Translat. Episcop.* Consecratur vero Episcopus à tribus ad minimum ejusdem Provinciæ Episcopis jussu *Metropolitani* sive *Archiepiscopi* cum ejus suffraganeis *c. si Archiepiscopus c. seq. X. d. temp. ordin. c. 1. 2. 3. 4. dist. 64.* Ipse autem Archiepiscopus ab omnibus suis Suffraganeis *C. Metropolitanum dist. 63.* ut duo pluresvè Episcopi teneant Evangelium & unò super eò fundente benedictionem reliqui manibus caput ejus tangant *c. episcopus dist. 23.* Quæ forma à *Χειροθεσία* quam in primitiva Ecclesia in usu fuisse constat *Act. 6. v. 5. 6. & c. 13. v. 3.* non longè recedit. Quin & illud quod de oleo & unctione sacra *c. un. X. d. Sacr. Unct.* urgent tolerari potest. Nundinatio autem Pallii est intolerabilis, quia Pontifex linum suum nimis carè vendit, *Sleidanus lib. 13. p. 376. & 377.* ait pallium illud constare ferè triginta millibus aureorum antequam domum perferatur. Secundum gravamina contra avaritiam Pontificis Romani Maximiliano I. anno 1505. proposita quæ edidit *Goldast. in vol. Reichs. Saun.*

Satzunge 2c. fol. 215. Werden allein zu Rom fürs Pallium 25000. Fl. gegeben + also daß bey Zeit eines Menschen Lebens aus dem einigen Erze Bisshum Maynz in siebenmahl 175000. Fl. nach Rom kommen und gelieffert worden. Quæ negotiatio prorsus adversari videtur sanæ rationi bonisqve moribus & præceptis Salvatoris nostri sed & c. novit. dist. 100. Laur. Dhm. tract. d. Jur. Episcop. 8. 14. Ultimam Statuum classem constituunt Civitates Imperiales quarum Catalogum recenset Paurm. 2. d. Jurisd. 2.

VI. Veteris Romana Reip. vis ac potestas sub Impp. aliter constare non poterat quam si uni redderetur Tacit. lib. 1. Annal. quia ratio summi Imperii in unius Voluntate radicata si multis reddatur dissolvitur. Alia vero forma est moderni R. G. Imperii ejus negotia non à solò Imperatore sed omnibus Statibus dependent, ideo conventibus & Comitibus opus est, quibus Status intersint, non solum tanquam consilarii sed etiam tanquam principales ut de summa Imperii deliberent & statuunt R. A. zu Augspurg de anno 1548. §. Wo aber jemand. Universalia indicit Imperator adhibito Electorum consensu Paurm. 2. d. Jurid. 2. Vocantur Imperii Status tam Ecclesiastici etiam si à Pontifice non investiti Buxtorff. ad A. B. 8. 18. Lit. B. Limn. lib. 3. d. Jur. Publ. c. 3. n. 4. quam Seculares, quibus minorennibus vocantur Tutores aut Curatores, majorenes etiam ante petitam ab Imperatore intra annum Investituram vocandi sunt, quia jus loci & voti eis competit qui Electorum Principatum aut Comitatum possident A. B. c. 20. Vocati comparent propriis sumptibus A. B. c. 12. R. I. d. Anno 1576. zu Regenspurg. §. Wann dann. Quod si personaliter comparere impediuntur Nuncios seu Legatos suos cum pleno mandato mittere possunt qui clausula substitutionis destituti alium substituere nequeunt R. A. zu Regenspurg de Anno 1541. §. Wie auch Churfürsten. R. A. de Anno 1542. §. Auff welchen. Comparitione facta sequitur sessio ac Consultatio, an vero Jus ac summa Comitiorum dividatur in duos semisles ex æquo? non satis expeditum esse videtur ex communi clausula Recessibus Imperii annexa. Particularia Comititia sunt quando duntaxat pars statuum conveniunt, vel ex omnibus promiscue Ordinibus selecti quos Deputatos ac Visitatores Camera, ut eam inspiciant corrigant & reforment, nonnunquam & Revisorum partibus fungantur Ordin. Cam. p. 1. t. 50. & p. 3. t. 53.

2.53. vel certa classis ut Electores quæ eligendis Cæsaribus celebrantur, vel Loci & definitæ Regionis Imperii ut decem circulorum quibus descripti sunt Ordines Imperii anno 1521. Paurm. 2. d. Jurisd. 2.

VII. Veteris Romanæ Reip. exiguum reperitur Jus Publicum ita enim Seneca d. Clem. l. 1. c. 1. de suo jure loquentem Principem introducit: Quas nationes funditus exscindi quas transportari, quibus libertatem dari quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, que ruant urbes, que oriantur mea Jurisdictio est; de Cæsaris potestate disputans perduellionis reus est l. 3. C. d. Crim. Sacrileg. veluti in omnibus Regnis in quibus à nutu unius omnia dependent, in vè quibus monarchicè imperatur Jus publicum mirum in modum restrictum esse ipsa Ratio docet, ita etiam sub Statu Monarchico pauca quædam Constitutiones de Majestatis & subditorum jure prostant exceptis iis quæ de Metacis bonis vacantibus Annonis Legationibus de Magistratibus muneribus Jure Fisci vectigalibus &c. aliquid disponunt. Augustus statuit ut ærarium populi & Fiscus conjungerentur, cum ærarium oneribus Reip. non sufficeret, divisum inter Principem & populum Provinciis Sveton. in Aug. c. 47. Postea vero sequentes Impp. veterem morem retinentes duo æraria constituerunt unum Publicum quod majus vocat Lamprid in Diadum: in quò reponerentur pecuniæ principalitèr pertinentes ad necessitates publicas. Alterum v. privatum, in quò erant pecuniæ ad Principis utilitatem spectantes quod speciali nomine dicebatur Fiscus Spartian. in Hadr. Sveton. in Aug: In ærarium publicum deferrebant aurum & argentum quod ex Provinciarum tributis cogebatur & alias publicas species & vectigalia l. inter 17. §. fin. de V. S. Privatum vero ærarium comprehendit universum Patrimonium Principis quod non tanquam Princeps sed tanquam privatus habebat, veluti agri qui in variis Provinciis erant, saltus, emphyteutica prædia, coloni & adscriptitii greges, armenta & hujusmodi alia privati patrimonii Principis l. 1. d. Fund. Patr. Pancirol. ad notit. Imp. Orient. c. 87. Quod nomen posteriorum Impp. ævo fuit mutatum & pro ærario Sacro vel publico sacras largitiones dixerunt, & ærarium privatum, privatum patrimonium l. 1. C. Ne rei Dominica l. 1. d. Bon. vac. l. 2. Ut Dign. ord. l. 2. d. Murileg t. 1. d. Offic. Com. Sacr. larg. Quæ æraria eisdem privilegiis gaudent quibus & Fiscus l. fiscus 6. in fin. D. d. Jur

*Fisc. l. 2. §. hoc Interdictum D. Ne quid. in loc. publ. l. 1. § 2. C. d. Offic. Com. rer. priv. junct. l. 39. §. fin. d. Leg. I. Metæci sunt qui jussu Principis ad colonias collocandas de unâ Civitate in aliam transferebantur. Unde plures voluerunt metrocomias dictas eas Civitates ex quibus coloniæ deducebantur vel sponte suâ Principis imperatò Rescripto l. idem Ulpianus 12. §. fin. D. d. Excusat. Tut. docet enim experientia varias nationes fæcunditate aliarum provinciarum captas patria non præstante alimenta, vel aëris inclementia, vel quia paulatim genus humanum exuberavit, vel consiliò exonerandæ popularitatis gratia in alios fines examina gentis eructasse Bellus lib. 5. Polit. c. 79. Tertull. d. Anim. c. 30. vel transferebantur in pœnam, quibus tamen de rebus suis disponere & prædia sua vendere licebat, ita ut quæ ab eis distracta non essent, Fisco vindicarentur, nisi specialiter Princeps concesserit ut ea sibi retineant quamvis non vendant, quia satis fuit visum ut patria & propriis sedibus carere compellerentur arg. l. 14. d. off. Præsid. Cum nihil tristius aut miserius quàm semper patria carere. Feris inquit Cassiod. lib. 8. ep. 31. datum est agros sylvasque quærere, hominibus autem locos patrios supra cuncta diligere. Bona vacantia dicuntur quæ omni domino omniqve jure vacua sunt, & ab omni spe aditionis, quæ ab aliquo fieri possit aliena l. filiusfam. 114. in pr. d. Legat. I. l. 2. §. fin. D. ad SC. Tertyll. In hæc bona deficientibus omnibus, qui legitimum succedendi jus habent, fiscus succedit ex Lege Juliâ Caducaria ut testatur Ulp. in frag. tit. 28. cujus meminit Julianus in l. quidam 96. §. quoties D. d. Leg. I. & ita constituitur l. si heredem 10. C. d. inoff. Test. l. pen. d. præpos. sacr. cub. l. fin. §. Si quis in furore C. d. Curat. fur. quia Principis persona post omnes debet esse, neque optare solet acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere Cassiod. l. 6. epist. 8. vel ut ajunt Impp. in l. 1. C. d. Secund. Nupt. & in l. un. §. hæc autem C. d. Caduc. ne Fiscus sui videantur habere rationem. Species annonariæ præstandæ sunt ab eo qui prædia possident l. 2. §. fin. C. Sine censu vel reliq. l. 2. d. præd. navicul. quia in his tributis prædia ipsa sunt ad tributum præstandum obligata l. Imperatores 7. D. d. Publican. onus reale quocunqve vadit fundus, transit cum sua causa l. 18. §. si fundus D. d. pign. Act: Quare hoc genus vectigalis dicebatur fixum quod prædiis*

diis impositum esset onus eorum ut cujusdam marmoris auctori-  
tate tradit *Durantius lib. 2. var. c. 8.* Susceptores qui publica tributa  
exigebant corpore decurionum creabantur *l. 5. d. Exact. trib. l. 1.*  
*d. apoch. publ. l. 1. C. d. decur.* Legati sunt qui publicè ad expe-  
dienda Reip. negotia mittuntur, qui etiam ab inferioribus Civitati-  
bus mitti possunt ad Principem *l. 4. π. d. Legat.* Hi autem Legati  
prò Sanctis non habentur sicut ii qui à supremis Principibus aut  
Rebusp. non agnoscentibus superiorem & jura Majestatis habenti-  
bus mittuntur *l. 9. π. d. t. de quibus prostat tractatus d. perfetto*  
*Ambasciatore.* Vectigal præstatur ex his rebus quæ invehuntur aut  
evehuntur *l. ex præstatione 7. C. d. Vectigal. Cujac. o. l. 6. c. 28.*

VIII. *R. G. I. Jus Publicum* eo latius patet quo minus mo-  
narchicè Imperator imperat. Versatur hoc Jus publicum tum circa  
*res sacras* tum circa *profanas.* Cura *Sacrorum* ac *Religionis* po-  
testas in Statuum Superioritatem concessit, quam etiam postea a-  
liis impertiverunt Nobilibus videlicet immediatis & Civibus impe-  
rialium Civitatum, in quibus utriusque Religionis usus ante Pacifi-  
cationem invaluerat *R. J. anno 1555. §. und in solchem Frieden.* Nec  
in Comitibus de rebus sacris seu Religionis Statuum consensus ex su-  
perante suffragantium numero æstimatur, sic cautum in *Trans-*  
*actione Passaviensi,* nè quicquam sibi Protestantes in hoc Religio-  
nis negotio à numero votorum metuerent *art. 17. Transf. Passav.*  
*apud Goldast:* Ut autem suppetant qui Ecclesiæ præesse possint,  
*Scholæ & Academiæ* institui oportet, in quibus ministri ad docen-  
dum idonei reddantur facultas autem erigendi Academiæ non co-  
hæret muneri ecclesiastico sed summæ potestati *Sixtin. d. Regal. c. 2.*  
*n. 21.* Statibus præterea in suis territoriis ad regulam Augustanæ Con-  
fessionis & Catholicæ Romanæ Concilia seu Synodos indicere lice-  
bit, nam quatenus quisque Principum Religionis potestatem habet,  
eatenus & congregandi Concilii. De rebus quoque profanis Jure  
Superioritatis liberè Principes seu Status Imperii immediatè Feuda  
ab Imperio recognoscentes ac suffragium in Comitibus habentes di-  
sponere queunt. Habent enim Jura Pacis & Belli famæ resti-  
tutionis, remittendi delicta & pœnas capitales, conceden-  
di securitatem & salvum conductum bannitis, inducias moratorias  
*Reformation guet Policcy zu Augspurg an. 1548. sub tit. von verordneten*

benen Rauffleuten. Licet eis in bonis spuriorum & sine herede mo-  
rientium succedere *Myns. conf. 67. n. 2. & cent. 3. o. 91.* Judæos reci-  
pere *A. B. Caroli IV. tit. 9.* Policeny Ordnung zu Augspurg anno  
1548. sub tit. Von Juden und ihrem Bucher/zu Franckfurth anno 1577.  
1. 20. Colectas exigere *Wesenb. conf. 27. n. 20.* Eadem ratione jus  
per vias publicas sui territorii euntes redeuntesqve conducendi sibi  
vindican, nec non Jurisdictionem forestalem in banno ferino Forst-  
Recht Wildsbann & jure foresti consistens *Gail. 2. o. 68. n. 7.* Jus  
monetæ eudendæ Cæsaris & Electorum est *Capit. Rudolphi S. Wir-*  
*sollen und wollen auch hinführo.* Nec multum interest inter Princi-  
pum & Civitatum Imperialium superioritatem. Pacis negotia ex-  
pediuntur inter Status disceptantes coram Judicio Aulico Cæsareo  
Viennensi aut Camerâ Spirensi *Ord. Cam. 1. 27. Gail. 1. o. 29.*  
*Recess. Deput. Anno 1600. Steph. I. d. Jurisd. p. 1. c. 3. n. 25.*  
*Gylman. tom. 3. Symphor. verb. Auftrag. Besold. tb. pr. verb.*  
*Reichs-Regiments-Rath/ Reichs-Hoff-Rath Ordnung Matthie apud*  
*Limn. lib. 9. c. 4. n. 34. Instrum. Pac. a. 5. §. 20.* Belli ratio decer-  
nendi & administrandi potestate perficitur: Decernitur inferendum  
de quò Comitia statuunt *R. I. a. 1495. c. 3. §. auch sollen.* Susceptæ  
postea militiæ artes sunt communes, non propriæ imperii. Ha-  
bent status & jus muniendi extruendiqve arces & fortalitia *R. A.*  
*d. An. 1567. §. wiewol wir nun.* Quod Imperii Statibus competit  
etiam non requisito consensu Imperatoris *Gail. 2. o. 69. n. 18.* Mi-  
lites quoqve præsidarios contra hostium incursiones cogere Do-  
mino territorii competit *Knich. d. jur. territ. c. 3. n. 400.* præter  
præsidarios etiam alios scribere licet, modò hoc fiat secundum  
Constitutiones Imperii *R. A. d. anno 1555. §. wo sie aber R. A. d.*  
*a. 1564. §. demnach.* Annumeratur Superioritatis juri jus aperturæ  
quo Civitatis Castra & Fortalitia, Principi territorii unà cum fami-  
lia omni tempore aperta esse ac securam refugiendi commoditatem  
præbere tenentur *Webn. & Besold. Obs. verb. Doffnung.* Huc perti-  
net & jus hospitandi milites, quo Dominus territorii, jure superio-  
ritatis milites in domos recipere, Civibus injungit *Bornit. d. Erar.*  
*lib. 6. c. 3.* Archigrammateos & Scribas publicos creare qui effe-  
ctu idem sunt quod Notarii publici vigore Superioritatis ad status  
spectat. *Stephan. d. Jurisd. 2. c. 5. n. 7.* Vindicant sibi quoqve  
jus detractionis quo certa portio demitur bonis quæ è territorio ali-  
cujus

cujus Imperii Principis aut Status in aliud territorium transferuntur  
R. A. d. a. 1594. §: und so viel. Legati de foederibus aut bello ali-  
quid tractaturi ab Imperatore solò mitti nequeunt *Recess. 1594. §.*  
darauff dann Churfürsten. Angariarum & Parangariarum præsta-  
tiones exigendi jus habent *Klock. d. Contrib. c. 2.* Vectigalia insti-  
tuere vel augere instituta Cæsari & Electoribus simul competit R. A. de  
A. 1576. *Carpzov. d. Leg. Reg. German. c. 8. Limn. ad Capitul. Car. V.*  
*a. 18. Myler. d. Princ. & Stat. c. 64. Lampad. d. Rep.*  
*c. 14. §. 17.*

---

**D**ie Geister welche hier nach wahrer Tugend  
streben /  
Und sich entschlagen ganz der lasterhafften Welt /  
Die sich nur bloß allein dem guten Thun ergeben /  
Und nicht verüben das was Tugend nicht gefällt /  
Die werden ihren Zweck verfolgen gänzlich immer /  
Ob schon die Neider Schaar wirfft ihren Euffer Brand  
Auff Kunst und Tugend los / so schadt ihm solcher nim-  
mer /  
Die Tugend thut ihm gar zu starcken Widerstand.  
Sie acht den Mißgunst nicht der leichtlich muß vergehen /  
Gleich wie ein nichtger Staub / in einem Wind ver-  
schwindt /  
Die Tugend aber muß zu jeder Zeit bestehen /  
Die man auch nach dem Tod in grünen Cedern findt.  
Die Zeit so wir darzu am allerbesten haben /  
Ist wenn man unser Haupt in vollem Wachsthum sieht /  
Und eh das Alter uns ein schwarzes Grab läßt graben /  
Wenn unser Jahre Lauff trägt reife Aehren Blüht.  
Den in dem schönen Lentz der Jugend Tugend lehren /  
Belohnt der Tugend Fleiß noch für dem grauen Haar.  
Es bringt noch vor der Zeit Ihm Fama zu den Sternen /  
Der



Der seine zährte blüht/ der Tugend opffert dar.  
O wol! O mehr als wol! wer seine Zeit verschliesset  
Hin in der Lehrer Schul und auf der Tugend Bahn/  
Wie Göttlich prangt der doch wenn er den Lobu genießet/  
Wenn er durch grosses Lob steigt hohen Himmel an.  
Diß hat mein wehrter Freund vor andre auch erwogen/  
gen/

Die Kunst und Redligkeit behält bey Ihm das Feld/  
Die Tugend hat er gleich mit erster Milch gesogen/  
Drum wird Ihm werden einst der Tugend Ehren-Zelt.  
Wie lang ist wehrter Freund/das du bist nachgegangen/  
Der Edlen Poesie / dem Teutschen Dichter-Werck/  
Drum dacht ich das du noch mit dessen Cron würdest  
prangen /

Weil du sie embsig triebst vorhin in Königsberg.  
Ich sahe deinen Sinn die reinen Oden lehren/  
Die da der Teutsche Schwan der Opiz erst erfandt/  
Und die antzo noch mit grossen Rühm läst hören  
Der wehrte Dichter-Geist hie im Prutenier Land.  
Der Phöbus Stell vertritt/der Lehrer Teutscher Seiten/  
Der dich zu allererst führt zu des Phöbi Thron.  
Den Fama nicht genug sein Lob hie kan ausbreiten/  
Der zeigte dir den Weg zum Teutschen Helicon.  
Und nun da seh ich schon auf andre Art dich schwitzen/  
Mit unverdroßnem Fleiß und steter Arbeits-Müh/  
Und bey Justinean dem Rechts-Gelehrten sitzen /  
Bis an die späte Nacht und wieder Morgens früh/  
Und suchest ganz mit Macht dasselbe zu entfliehen/  
Was manchem annoch hie in Bahnwitz hält bethört/  
Drum wird dein wahres Lob der späten NachWelt blühen/  
hen/

So folge diesen Zweg bis daß man von dir hört/

Du

Du bist durch Tugend-Fleiß nunmehr hin gestiegen/  
Und hast erreicht das zum wolverdienten Lohn/  
Wo lauter Ehren-Pfeil und güldne Kugeln flügen/  
Da dir nicht schaden wird des Nendes Spott und Hohn.  
Drum ob schon bey dir wil das warme Blut zerrinnen/  
Und daß dir Atropos den Lebens-Drat schneidt ab/  
So muß dir Tugend doch ein ewgen Fadem spinnen/  
Den nimmer decken kan ein ausgehöltes Grab.  
Nun eile alsofort demselben nachzujagen/  
Ich wünsche dir dazu den Segen tausendfach /  
Bis daß du endlich wirst die Sieges-Palmen tragen/  
Dadurch man deinen Ruhm wird sehn am Sternen-  
Dach.

Seinen getreuen Freunde zu Ehren  
setzte dieses

E. D. R. Nob. Pruss.

**N**on labor ille levis conscendere Sacra Sophorum  
Pulpita, cumque Sophis solvere rite tricas.  
Doctè quas nobis proponit Callida lingua  
Contradicentis fervida quasque refert  
Ast labor Herculeus sacri mysteria Juris  
Et leges doctis enucleare modis.  
Posterius solers dum tractas mente sagaci,  
Hoc tibi Respondens non male cedat opus.

*Pauca hæc Gratulabundus literatissimo Domino  
Respondenti apponere voluit  
debut*

Johannes Henricus Pott,  
L. L. Stud.

D

Der

Der Böfel so gewohnt am Erden-Staub zu kleben/  
Und das zum Himmel hebt was einen Schein  
nur lügt/

Der an dem Reichthum sich als einem Gott vergnügt/  
In dieses Slaven Haus die Seelen hinzugeben.

Allein wer siehet nicht daß dieses Irlicht trügt/

In strenge Dienstbarkeit die Schlaffen Seelen wiegt/  
Und was erkrähet wird ist Sorgen-volles Leben.

Wer aber Tugend liebt / wird nach der Weißheit streben  
Sie ist ein Sonnen-Strahl dem niemahls Licht ge-  
bricht/

Ein etwas das allein kennt die Verwesung nicht  
Wer sich umb sie bemüht wird einen Kranz erlangen/  
Der mit der Ewigkeit im gleichen Circel geht.

Die ist's / geehrter Freund / nach der dein Sinnen  
steht

Fahr fort! damit du mögst mit dessen Krone prangen.

Dieses setze dem Herrn Respondenti  
zu Ehren

Christianus Sterlich / R. B. L. L. Stud.



Kc 3004

ULB Halle

3

003 757 714



Bitte nach Ausleihe an  
Frau Richter. 1  
Sammelbd. ? oder  
Inhaltliche Werte ?

von 125





28

B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

N. J.  
TIO XXVI.  
TARUM  
SIUM  
RTI & CON-  
VERSI  
Jud. & §. f. d. J. & J.  
Just. Theod. βασιλικ.  
pendentibus.  
SIDE  
CHRISTO.  
O Volk /  
P. Secund.  
S Kreuzer /  
n, Pruss.  
NDENS  
defendet  
RIO MAJORI  
LXXXIII.  
MONTI,  
ISNERI, SER. ELECT.  
YPOGR. HÆREDUM.

Inches  
Centimetres

